

abcondita reprehensio, quam publica: secreta confilii pudori, ac honori; indeque tanquam ab amico excipitur: publica vero dedecori, ac iniuriam inferuit; exindeque indignationem mouet, ac tanquam ab inimico creditur. Vnde inquit D. Augustinus serm. 16. de verbis Domini. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & cum vis coram pluribus arguere, non es corrector, sed proditor.

Secundo. D. Augustin. proxime citatus. Corripe eum inter te, & ipsum solum, studens correptioni, parcens pudori: forte enim praue recundia incipit defendere peccatum suum; & quem vis facere correctorem, facis peiorem. In secreto, & non publico delinquens arguatur; nam saepe publicatione delicti homo verecundia affectus, ne suum factum reprobet, ipsum fatagit patrocinare, & defendere; dum procuras, vt delictum correptione condemnetur, facis ob publicationem, vt damnandum delictum defendatur, & cum emendare cupis, reddis fratrem impenitentem, & obduratum.

Tertio. Expende citata Augustini verba. Studens correptioni, parcens pudori. Magnum correptionis fraternae est beneficium, sed sanè minueretur, si cum verecundia, & robore hominis offendentis praestaretur: vt ergo vndique perfectum appareat Charitatis donum, seclusa erubescencia, studeat salutis bono, sicque Christianae perfectionis geminata sit benignitas, iniuriis ignoscens, ac simul laedentis pudori parcens.

Quarto. Quare citatus D. Augustinus: Quomodo dicat Christus Dominus. Corripe eum inter te, & ipsum solum: cum Apostolus scribat 1. ad Timoth. 5. n. 20. Peccantes coram omnibus argue? Respondet allegatus S. Pater. Si aliquando aliud, aliquando aliud fecerimus: concordiam Scripturarum tenebimus. Christus Dominus loquitur de peccato occulto, quod priuatim est corrigendum, vt requirit iustitia, & Charitas. Apostolus autem de publico peccato loquitur, vt docent Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, D. Paschasius. Medicina proportionanda est morbo iuxta illius qualitatem, & indigentiam.

Quinto. Albertus Magnus. Inter te, & ipsum solum, ait. Ne forte publicatus humanam auaritiam verecundiam, & tunc non curet corrigi. Ierem. 3. n. 3. Frons mulieres meretricis facta est tibi, & noluit erubescere. Frons meretricis, cum sis publica, & euulgata meretrix, quid inde sequitur? Noluit erubescere. Vt explicat D. Hieronymus, Nunc arguit, ait, quasi mulierem procacem, & nimis impudentiam, vt non ad unum, vel alterum procaci vultu feratur, sed nullum erubescat.

Postquam filia Lot cum patente suo incestum commiserit, peperit maior filium, & vocauit nomen eius Moab, ipse est pater Moabitarum. Genes. 19. num. 37. Moab interpretatur filius ex patre meo: Valde mirum, quod tale nomen mulier suo nato imponat. Cur sic appellari voluit? Mulier valde inuerecunda erat, & tantum abest, vt de suo peccato erubesceret, quod etiam se de illo iactare videretur; indeque in perpetuam publicationem illud in nomine filij infixit, vt diceretur filius ex patre meo. Lyranus, Patet, inquit, quod ipsa inuerecunda fuit, quia turpitudinem, quam operata fuerat cum patre, exposuit, & reuelauit in nomine filij, ostendens, quod ex patre suo conceperat. Notandum, quod ex hac foemina nascitur gens Moabitarum, de qua scribit Theodoretus quae. 70. Genes. Quia, filia scilicet Lot, non recte, ac secundum Legem, patrem secum cognouerunt, inde

genus impietatis maxime infamis propagatum est: Moabita enim Idolo Chamos seruiuerunt, quos etiam diuina Lex vsque ad decimam generationem Ecclesiam Dei ingredi, vetuit in aeternum. Deuter. 23. num. 3. Quid est, quod cum parentum peccata vsque in tertiam, & quartam generationem Deus visitare soleat; Exod. 20. num. 5. delicta autem Moabitarum vsque ad decimam generationem inueniantur? Vnde nam hic populus coram Deo execrabilior apparuit? Ortus est populus hic ex muliere adeo impudente, vt de suo peccato minime erubesceret, te de eiusque publicatione gloriaretur; & inde tam inuisum, ac exosum factum est genus, vt eius poena vsque ad decimam generationem extendatur. Inde genus impietatis maxime infamis propagatum est, Moabita scilicet, quod diuina Lex vsque ad decimam generationem, &c.

QUESTIO IV.

Quare peccanti fratri, non suadet hic Dominus dari veniam, sed correptionem?

ARGAM iniuriarum indulgentiam inimicis concedentem saepe docuit Christus Dominus. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Matth. 5. num. 44. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater caelestis. Matth. 6. num. 14. Cur etiam hic non suadet, iniuriam obliuisci, vt inimicis parcamus, ac illis benefaciamus; sed mandat: Vade, corripe eum: res enim videtur periculis plena, quod, qui laesione exacerbatus est, laedentem alloquatur; fieri enim potest, vt aliquod verbum incaute excidat: Nonne aptius foret, os profunda patientia obturare, quam correptione veterem dolorem aliquantum repetere?

Respondet primo Abulens q. 92. Offensus non solum tenetur, remittere rancorem, quod est auferre de se ipso peccatum; vel, non dare ei locum; sed etiam tenetur, quantum potest, prouidere, ne proximus peccet; aut quod in peccato pereat. Et quia quidam, postquam peccauerunt, non intendunt reuerti a peccato, & nunquam auertuntur, nisi ab illis traherentur: tenentur proximi agere, quantum est in eis, vt illos auertant; & ad hoc datur praecipuum de correptione fraternae.

Secundo. D. August. serm. 16. de verbis Domini. Quando ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curam, non pro nobis, nam gloriosum est, iniuriam obliuisci: sed obliuiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui: ergo corripe eum inter te, & ipsum solum. Commendat Dominus, vt a mente excidat iniuria nostra, renouata enim iniuriarum memoria animum perturbat, & inquietat; & aliquando aliquid mali euaporare facit. Obluiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. Illius vulnus, & peccatum sit tibi ante oculos, vt fratri subuenias, illiusque saluti studeas. O magna Christiana charitas disponens, & ordinans, vt tui iniuriarum obliuiscatis; miseria vero fratris recorderis, vt eum ab illa subleues.

Tertio. In exordio suae praedicationis mandauit Dominus suis Discipulis iniuriam offendentis condonare, ac remittere: nunc vero, vt iam profectionibus, & perfectioribus altius dat documentum, vt illius salutis curam gerant. Corripe eum, inter te, & ipsum. Maiori namque documento firmat

Deuter. 23.

Exod. 20.

De suo peccato non erubescens extra ordinario seipso officio afficitur.

23.

Matth. 5.

Matth. 6. Ratio difficultatis.

24.

Abulens.

Tenentur agere de proximi salute.

25.

August.

Iniuria memoria inquitur.

26.

Iniuria condonatio non solum verbis fiat, sed etiam factio.

firmat suam doctrinam Dominus. Vt ipsa iniuriarum indulgentia fiat, non tantum verbis, sed & factis, cum erga offensorem, illius salutis, ac vitae spiritualis ostendatur sollicitudo.

27. August. Quarto D. Augustinus citato serm. 16. de verbis Domini. Corripe eum inter te, & ipsum solum. Si neglexeris, peior es. Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciendo graui se ipsum vulnere percussit. Tu vulnus fratris tui contemnis? Peior es tacendo, quam ille conuiciando. Si peccat frater, corripe eum, non studio nocendi, sed auditate emendandi, & si contempseris, peior factus es: qui enim alterius crimen, tacendo, non impedit, ac corripit, cum possit, sua taciturnitate proprium facit, ac illius reus censetur.

28. Cum Sara se vidisset liberorum expertem, dedit ancillam suam Aegyptiam Agar marito suo, vt ex illa filii daretur. Cum autem se Agar cognouisset prole fecundatam, despexit dominam suam. Vnde ait Sara Abraham: Inique agis contra me; Quae videns, quod conceperit, despectum me habet. Iudicat Dominus inter me, & te, Genes. 16. num. 5. Cur Sara Abrahamum criminatur ob amescentem Agar superbiam? Abrahamo, vt pote familiae capiti, incumbere, suorum defectus emendare; indeque merito conqueritur Sara: quia videret iniurias, quas Agar illi inferebat, & absque increpatione praeteriret, ac dissimularet. D. Chrysostomus homil. 37. in Genes. Nam quamuis, ait, ego scilicet Sara, dederim, sed videns eius temeritatem, debebas cohibere mentem eius tam petulantem. Indequ Sara Abrahamum, vt parum sollicitum in reprobando, tanquam in crimine comprehensum arguit: Inique agis contra me, seu, vt alia littera habet, iniuria a te afficitur.

29. Ingreditur Abrahamus Aegyptum cum Sara vxore sua. Videntes principes Pharaonis illius eximiam pulchritudinem, Pharaoni eam denuntiauerunt, indeque mulier introducta est ad regis domum. Quid inde? Flagellauit Dominus Pharaonum plagis magnis, & domum eius propter Sara vxorem Abraham. Genes. 12. num. 17. Dicit tamen aliquis: Magnates Pharaonis, qui Sara rapuit sunt cooperati, iuste puniuntur; at cur poena affligitur tota eius domus, cum plures alios sub se contineret, qui minime ad crimen conuenerunt? Iustissime sanè, qui cum tenerentur, regis voluntati obistere, eumque reprehendere, illius impudicitiae assentientes obturauerunt ora; indeque magni supplicij facti sunt rei. Philo lib. de Abraham. Regis poenam, inquit, sensit & tota regia, propterea quod nemo se tanta iniquitati opposuerat, sed omnes regis libidini assensit, & obsecuti sunt.

Matth. 18. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnū, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.

VERSIONES.

Euth. Theoph. Assume tecum. Syriacus. Constet omne verbum. Vat. abul. Consistat omne verbum.

EXPOSITIO II.

30. Cassian. In negotio salutis proximi, ait Simon Cassianus lib. 9. cap. 44. non resiliendum, sed in-

sistendum maioribus argumentis: Si te non audierit, si nempe reiecit tuam correptionem in peccato perseverans; adhibe tecum vnū, vel duos, vt inquit D. Hieronymus, & D. Paschasius, primo, & seorsim vnus testis; & si non audierit, adhibeatur & alius tertius. Vel alio modo dicitur, de quo Abulens q. 102. Adducantur simul siue vnus, siue duo testes. Qui etiam subinfert quae. sequenti 103. quod non sunt plures testes adhibendi; nam ille numerus sufficiens est ad testificationem rei, cuius causam assignat Christus Dominus: In ore duorum, vel trium stat omne verbum, Deuter. 19. num. 11.

Mandat hos testes adhibere, ait D. Antonius Vlyssipponensis. serm. in fer. 3. post Dom. 3. Quadrag. vt qui noluit corrigi occulta admonitione, nunc coactus corrigatur mediocri pudore, qui non progreditur ad infamiam publicam. Secundo, inquit Euthymius, vt testibus constet, quod ille, qui corrigit, suo fuisse functum officio, ac debita lenitate. D. Chrysostomus homil. 61. D. Augustinus serm. 16. de verb. Domi; Theophylactus, Paschasius lib. 8. in Matth. Vt facilius persuadeatur ei, qui deliquit, se peccasse, cum id non solum iudicer offensus, ac qui sustinuit iniuriam (nam in causa propria valde prompte decipitur homo); sed etiam id affirmant duo, vel tres alij. Quarto: Hunc numerum testium assignat Christus ad faciendam plenariam fidem, quod delinquens noluit se corrigere, idque Ecclesiae attestentur.

Matth. 18. Si autem non audierit eos dic Ecclesiae. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus.

VERSIONES.

Arias. Si neglexerit eos: Si neglexerit Ecclesiam. D. Paulin. Ep. 6. Sit tibi, vt extraneus, & ad Sener. publicanus. Syriacus. Sit tibi tanquam publicanus, & tanquam ethnicus.

EXPOSITIO III.

31. I non audierit eos, seu, neglexerit. Phrasia Hebraea. Si contempserit tuae, ac testium admonitioni obedire Dic Ecclesiae. Aperi eius obdurationem Ecclesiae. Nominem autem Ecclesiae D. Hilarius, D. Anselmus, D. Thomas hic, D. Gregorius lib. 4. Epist. 38. intelligunt fidei congregationem. Ac si Christus hic velit, vt coram ea talis arguatur, vt inde pudens fiat, ac emendetur. Sic ait Euseb. Gallicanus citata homil. in fer. 3. Dic Ecclesiae, vt omnium oburgatione erubescat, qui paucorum humili allocutione satisfacere noluit. Interlinealis. Dic Ecclesiae, vt oburgatio plurimum eum corripiat. Tamen dicendum est cum D. Chrysostomo homil. 61. Euthymio, Theophylacto, Hugone, Caietano, & aliis, quod sub nomine Ecclesiae significantur hic pastores, & gubernatores Ecclesiae, vt habet vniuersus Ecclesiae vsus, & Christus Dominus denotauit, cum statim subiunxerit: Quacumq; alligaueris. Ac si diceret:

De proxime salute agendum.

Hieron. Paschal.

Abulens.

Deuter. 12.

31. Anton. Vlyss.

Euthym.

Chrysost. August. Theophyl. Paschal.

In causa propria quilibet decipitur.

32.

Hilar. Anselm. D. Thom. Gregor.

Euseb. Gall.

Interlin.

Chrysost. Euthym. Theophyl. Carthusian. Hugo. Caietan.

August.

18. August.

Publicata correptio aliquando sui sceleris non damnatores, sed defensores reddis.

19. August.

Perfissum beneficium parcat pudori.

20. Chryso.

1. Thimot. 5.

Chryso. Theophyl. Oecumen. Medicina morbo proportionanda.

21. Alb. Magnus. Ierem. 3. Publicatus peccator verecundiam amittit, & respuit emendationem. Hieronym.

22. Genes. 19.

Lyran.

Theodoret.



teret: Dic Ecclesia, illius nempe presuli, apud quem est auctoritas ligandi penis, & censuris, huiusmodi contumacem. Sensus ergo est: vt obstitutus ad prelatum deferatur, vt, qui priuatos despexit, prelatum ob eius dignitatem, & potestatem reuereatur, eique corripienti obediat. Nec aliud voluit sancti Patres citari: nam dicere toti Ecclesie per orbem diffuse; fieri facile non poterat: ergo Ecclesia preposito, seu illius ministris dicendum est. Et maxime notandum, quod non apposuit Christus hic: Vade, dic Ecclesie: sicut superius dixit: Vade, corripe eum, &c. Quia etiam ad pietatis opus diligenter eundem sit, tamen ad denuntiationem, ac iudicium lento, & moroso gradu progrediendum est.

Ab pietatis opus diligenter, ad iudicium eundem eundem.

33-

Si Ecclesiam, illius nempe pastorem, non audierit, seu neglexerit, sit tibi sicut ethnicus, hoc est, vt homo à Dei cognitione, ac vera religionis cultu extraneus, & alienus. Prohibet Dominus illorum consortium, non simpliciter, sed tanquam cum fratre Christiano; nam negotium, eorum salutem non vult negligi. D. Augustinus serm. 16. de verb. Domin. Ipsos ethnicos, ait, in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus. Deinde subdit; & publicanus, hoc est homo rapinis, ac pauperum oppressionibus infamis; mensa enim, ac confortio ethnicorum, ac publicanorum maxime se Iudaei pollui arbitrabantur. Ad exemplum summæ malitiæ ethnici, & publicani ponuntur Matth. 5. n. 46. & 47. Illorum confortium mandat Christus euitare, ne illorum participatione alij polluantur. Et aduertendum, quod post ethnicos apposuit publicanos, tanquam quid maius adaugens. Euthymius. Ethnicis autem infidelibus coniunctis publicanos propter pecunie amorem, & auaritiam. Homo enim auri cupidus super ethnicum, & gentilem multo maiora mala perpetrare audeat.

August.

Matth. 5.

Euthym.

Auri cupidus maiora mala perpetrare, quam gentili.

QUESTIO V.

Quare ab Ecclesia admonitus, & non emendatus, vt Ethnicus, & publicanus sit habendus? Agitur de materia correptionis fraternæ.

34-

In ordine à Christo Domino assignato quinque actus sunt notandi, vt ait Suarez tom. de fide tract. 3. disp. 8. sect. 6. n. 1. Primus. Admonitio secreta: Corripe eum inter te, & ipsum. Secundus. Correptio, Coram vno, vel duobus. Tertius. Denunciatio. Dic Ecclesie. Quartus. Correptio prelati. Si Ecclesiam non audierit. Quintus. Coactio per excommunicationem. Sit tibi, vt ethnicus, & publicanus.

Suares.

35-

Ad questionem respondet primò Theophylactus. Si Ecclesiam non audierit, tunc abiiciatur, ne sua malitia participes faciat alios. Euthymius. Sit tibi deinceps incommunicabilis, cum quo nullam in eas societatem, tanquam immedicabili. Hos mandat Dominus euitare, ne, qui sani sunt, eorum confortio contagium contrahant. Vnde ait Apostolus 1. Corinth. 5. num. 11. Nec cibum cum eo sumperis. Ioan. Epist. 2. num. 10. Nec aue ei dixeris.

Theophyl.

Euthymius.

1. Corinth. 5.

2. Ioan.

36-

Secundò. D. Paulinus Epist. 6. ad Seuerum. Sit licet frater, & amicus inuicem tibi dextera tua, & charior lumine; si alienus est, & inimicus Christo, sit

Paulin.

tibi, vt extraneus, & publicanus, abscondatur vt inutilis, dextera à corpore tuo, qui tibi in Christi corpore non coheret. Quamuis enim amicus sit veluti dextera, & oculus, vt explicauit superiori cap. quæst. 14. num. 10. ex D. Chryostomo, & alijs; si tamen hic vita, moribus, ac doctrina alienus est à Christo, sit & tibi extraneus, & alienus, vt ab eo discedas, & fugias. Tertio. Simon Cassianus lib. 9. cap. 44. Sit tibi vt publicanus. Eorum, inquit, est desperanda salus, quibus est odiosa correctio. Cum ergo iste contumax monitionem contemnat, illius salutis non est spes, indeque vt publicanus fugiendus.

Illius desperanda salus, qui correptione non proficit. Cassianus.

37-

Quarto. Origenes homil. 6. in Matth. Nouissime autem, quia non puriter dixit, sicut ethnicus, & publicanus, sed ita, sit tibi: qui ergo in peccato leui correptus ter, secundum quod diximus, non se emendat, nos quidem sic eum debemus habere quasi publicanum, & ethnicum. Quæ sententia Origenis simpliciter non est probanda: nam præceptum correptionis fraternæ, de quo Dominus hic agit, versatur circa peccatum mortale, de quo etiam communiter ipsa correptio datur, vt cum D. Augustino de verb. Domin. serm. 16. docent Bañes 2. 2. quæst. 33. art. 2. Suares citata disp. 8. sect. 2. num. 5. Et aperte colligitur ex ipsius Christi Domini verbis. Lucratus es fratrem tuum. Et ex pena apposita. Sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Tamen graues Theologi asserunt, quod correptio venialium obligat, quando ipsa venialia disponunt proximè ad mortalia, aut magnum alijs afferunt detrimentum. Ita citatus Bañes; Graffius 1. part. decision. lib. 2. cap. 60. Azorius lib. 12. cap. 4. q. 4. Reginaldus lib. 4. cap. 25. num. 333. Syluester, Malderus, Becanus, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina tom. 2. disp. 3. q. 4. punct. 7. n. 3.

Materia correptionis.

August. Bañes. Suares.

Graffius. Azorius. Reginald. Syluester. Malderus. Becan. Bonacina.

38-

Indèque mens Origenis benigne explicanda est. Qui ergo in peccato leui correptus ter non se emendat, &c. Adeo enim periculosa est contumacia in peccato, etiam minimo, & leui, vt qui ter de illo admonitus, ab eo non desistit, & emendatur, sed adhuc in illo pertinax persistit, vt maxime timendum sit, ne in maiora, ac grauiora prolatur, vt inde tanquam ethnicus, & publicanus censendus sit. Euitentur ergo leuia, & minima peccata, ne ex illis ad maiora, gentiliciæque crimina ascensus præparetur. Tertull. lib. de Idololatria cap. 1. Sine dubio, inquit, idololatriam admittit, quicumque delinquit. Perpetratum crimen valde erroris suspectum est, & quodammodo viam ad idololatriam, ac apostasiam aperit. D. Gregorius lib. 10. moral. cap. 14. Prius, ait, per leuia delicta desectimus, vt visu cuncta leuigante, nequaquam post committere etiam grauiora timeamus. Cùmque mens subigere delectationem carnis renuit, plerumque & ad perniciosa voraginem ruit. Sed itaque populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Exod. 32. num. 6. Sic pergit magnus Pontifex. Eius quippe, potusque ad lusum impulit; lusus ad idololatriam traxit.

Minora peccata grauiora ad maiora. Tertullian.

Gregor.

Exod. 32.

39-

Cùmque Salomon iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos, 3. Reg. 11. num. 4. Cunctis res valde admiranda, quod Salomon, qui cum vero Deo locutus est, qui que tanta sapientia, ac donis ab ipso est locupletatus, qui que Deo magnificum, ac valde in toto orbe celebre templum edificauit, ac consecrauit, fieri tamen potuerit, vt tantus hic homo in tantam nequitiam deuenerit. Existimat Iosephus, quod ipse antea in religione deliquit, cum areos boues ad æneum mare sustinendum. 3. Reg. 7. num. 44. in templum

3. Reg. 11.

4. Reg. 7.

templum introduxit. Sic ait ipse lib. 8. cap. 7. Salomon deinde etate prouectior, & mente iam paulatim senescente, magis etiam patria religionis oblitus, cultum Dei sui neglexit, & mulierum exterarum ritibus assueuit; quamuis iam antea quoque à prescripto legi dicerat, quando areas bouum effigies basi maris adiderat. Non statim Salomon in idololatriæ nequitiam profiliuit, sed prius aliquatit errasse creditur, areas bouum figuras in templo collocans (ad quorum deprauatum cultum populus erat propensus) & inde ex vno aliquo errore admissio ad summum malum prolapsus est, vt apostata, & idololatra factus sit.

De minimis venitur ad maiora delicta.

Matth. 18. num. 18.

Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in cælo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo.

VERSIONES.

Syriacus.

Equidem ego dico vobis, quidquid ligaueritis,

EXPOSITIO IV.

40-

I XERAT Dominus supra, quod qui Ecclesiam, seu illius prelatos non audierit, habendus sit vt ethnicus, & publicanus: nunc autem ostendit Christus Dominus quantum vim ac potestatem ab ipso acceptam habeant Ecclesiæ prelati, ne quis eis repugnare audeat, cum vniuersi sciant, quod quidquid ob eis ligatum, aut solutum fuerit in terris, erit & in cælo. Hilarius. Ad terrorem, inquit, metus maximi, quo in presens omnes continentur, immobile Apostolica seueritatis iudicium præmisit. Vt quos benignitas fraternæ correptionis non allicit, timor seueri iudicij compellat.

Hilar.

41-

Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis. Theophylactus, Origenes, Anastasius, Nicænus q. 2. in Scripturam existimant, hæc verba esse dicta omnibus fidelibus: nam si ipsi offensam penitentibus remittunt, remittet & Deus in cælis: si vero non remittunt, nec Deus remittet. Hæc sententia est omnino falsa, & aliena à vero sensu Catholico. Vnde dicendum est cum D. Augustino serm. 16. de verbis Dom. D. Hilario, D. Chryostomo, D. Paschasio, Alberto Magno, D. Thoma, ac omnibus Catholicis, quod hæc verba dicta sint tantum pastoribus Ecclesiæ. Probat ex ipso contextu. Quia Christus hic loquitur de potestate data Ecclesiæ, de quo dixerat supra, Dic Ecclesiæ, id est illius gubernatoribus: vt dixi superiori expositione: ergo eis tantum data est hæc potestas. Deinde Christus loquens cum suis Apostolis, ait eis: Amen dico vobis, Apostolis meis, vestrisque successoribus; Quæcumque alligaueritis, tam in foro externo, quam interno, vt rectè notarunt Abulenſis quæst. 113. & quæst. 115. Caietanus, Ianſenius Maldonatus, & alij. Dicitur enim in textu: Ligata erunt in cælo: soluta erunt in cælo: id est apud Deum, quod enim apud Deum ligatur, & soluitur, non solum ex trinfecus, & hominum opinione, sed etiam intrinfecus, & re vera ligatur, & soluitur. Apponitur: super terram; ad de-

August. Hilarius. Chryost. Paschal. Alb. Magnus. D. Thom.

Abulenſ. Caietan. Ianſenius. Maldonatus.

clarandum, materiam ligandam, ait Caietanus, aut soluendam, esse illam, quæ est super terram. Dicuntur autem ligata, vel soluta in cælo, quia, vt ait D. Hieronymus, vt sciant, qui ab ipsis, scilicet Ecclesiæ prelatiſ, condemnantur, hominum sententiam diuina sententia corroborari. Vide supra c. 5. expofit. 7. num. 201. & 202.

Caietan.

Hieronym.

Matth. 18. num. 19.

Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis conſenſerint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est.

VERSIONES.

Syriacus.

Rurſum ego dico vobis, si duo ex vobis vnanimis fuerint in terra, quidquid voluerint petere, fiet eis.

D. Cyprianus Epist. 8.

Si duobus ex vobis conuenierit.

D. Cyril. Iero. sol. Catec. 6.

De omni re, quamcumque petierint, succedet eis.

Græcus.

Si duo ex vobis conuenierint.

Vatablus.

Continget illis à Patre meo.

EXPOSITIO V.

I duo. Chryſoſtomus, Euthymius id ad solos Apostolos restringunt.

42-

Anastasio Nicæno quæst. 74. in Scripturam, ad correptum, & corripientem. Ait: Qui arguit, & qui arguitur. Origenes ad vxorem, & virum, si fuerint consentientes, & orationi vacauerint. D. Thomas, & Carthusianus ad omnes Christianos, & fideles, quorum personam representabant Apostoli.

Chryſost. Euthym. Ant. Nicæno. Origenes. D. Thom. Carthuf.

Ex vobis; Euthymius; non simpliciter dixit, si duo conſenſerint, sed si duo ex vobis, hoc est similes vobis, virtutem colentes. Textus. Conſenſerint. Græcè verbum est, conſono, quod tam de voce, quam de cantu dicitur: De omni re. Valde magnificum donum; nullam rem excludit, sed ad omnia se extendit diuina promiſſio. De omni re, honesta scilicet, ad salutem, & bonum conducente, petierint pie, deuotè in fide, spe, humilitate, ac perseuerantia. Syriac.

43-

Quidquid voluerint petere: ac si voluntas petendi sit meritum impetrandi, & semper diuina largitas nostras antecedit preces: fiet illis à Patre meo. Si res petita eis conueniat; nam si illis est disconueniens, Deus, non quod petunt, sed quod eis vtilius est daturus. Qui in cælis est. Glossa. Per hoc autem, quod dicit, Qui in cælis est, cum super omnia ostendit: & per hoc, complere eum posse quod petitur. Petrum posse dare omnia, quæ ab eo postulatur, ostendit Christus, cum dicat, quod ipse regnat in cælis. Patrem super omnia esse. In quo non solum manifestat eius omnipotentiam, sed etiam largitatem; nam cum in cælis habitet, nulla re indiget; sæpe enim indigentia liberalitatem minuit, & cohibet.

Syriac.

Deus preces nostras antecedit.

Glossa.

Indigentia liberalitatem minuit, & cohibet.